

Mortuo Alexandro, Athenienses respirantes aliquantum A contra Macedonas denuo insurrexere. Demosthenes ergo, qui in exilio erat, legatis Atheniensium afflictiis se conatus eorum adjuvit, instituitque unam, quod civitates conjunctis viribus Macedonas adorirentur, & abigerent Græcia. Ergo populus seivit Demostheni reditum. Miserunt Æginam ad eum trirrem. Ex Piræo scandens in urbem, univerfa civitate, ut ne aucton quidem, vel sacerdos domi remaneret, obviam effusa, latis animis excepit. Quo tempore cum ait Demetrius Magnæfius sublatis manibus gratulatum de illo die sibi, quod suus quam Alcibiadis præclior foret reditus. Benevolentia enim adductos, non compulsos ab se vi civis, se excipere. *Plut. in Demosthene.*

L. Camillus patriæ suum exilium condonavit, suamque fidem in Gallis ex toto Romano agro eiciendis testatam fecit. *Plut. in Camillo.*

Cum P. Rutilium exulem amicus moneret, parati civile bellum, unde reditum in patriam brevi sperare posset: respondit ei. Quibus te incommotis unquam affecti, quod mihi major acerbitate reditum in patriam, quam inde profectus sum, exoptare ostendis? Civium enim meorum quietem pluris, quam reditum meum facio: maloque ut exili mei eos pudeat, quam ut propter reditum meum patria defleat. *Fulg. l. 5. c. 6.*

Victor Pisanus Senator illustris, ob egregiam virtutem Ligustico bello, Imperator rei maritima totius declaratus, Luciani Auzæ Genensium Ducis infidiis partim, partim præfectorum suorum quorundam ignavia, Polæ victus prælio est. Id Venetus senatus adeo agrè tulit, ut innocentem in carcerem truderet, vinculisque etiam vinxerit: quem tamen non multo post, exposcente idipsum univerfa civitate, inde exemit: paucorumque Senatorum invidia, ingratoque in illum animo factum excusans, pristinae suae dignitati restituit. Cum solutus carcere domum rediret, navarchus quidam ex plebei rei maritimæ peritia celebris, illique proximus, adhortatus cum dicitur, ut tanto populi favore usque, illatam in Patres ulcisceretur injuriam. Conversus statim in illum, pugno genam percussit: illud insuper addens, An ego patriæ decreta unquam contempserim? il- ludi ulli que in me injuria meminerim? *Egnat. lib. 2. cap. 5. & l. 5. c. 3. & 6.*

C VINDICTÆ PRIVATÆ DEPOSITIONE

Reconciliari inimicis propter patriam.

Sub Tit. Reconciliati. Item, Clementia erga hostes, & amulus in Rep. exempla non pauca fidei erga patriam reperientur, eorum scilicet, qui publicæ utilitati privati inimicitias postposuerunt.

Themistoclem, & Aristidem vulgò commendat: qui, quoties in legationem, vel in expeditionem proficere ventur. deponerat ad fines simulatam: quam reverti relumebant. *Plutarcho, in Præcept. polit.*

Themistocles teneri cives animadvertens Aristidis desiderio, metuque, ne indignatione ille permotus converteret se ad regem, ac res Græciæ averteret (quippe oppressus Themistoclis factione ante bellum, & pulsus in exilium fuerat) scripsit plebiscitum, permitti ad tempus exulanti reditum in patriam, ut agant & consulant cum aliis civibus, quæ e Rep. Græciæ forent. *Plut. in Themistocle.*

D Cretina Magnæfius cum æmulus in Repub. administranda Herminiae esset viri non multum pollutis, genero tamen, & celi animi: ac bello exorto Mithridatico expositam cernebat civitatem periculo, egit cum Hermia, ut summum magistratum capere, remque publicam regeret, discidium se de medio, quod si vellet, ut ipse imperaret, faceret ille: ne mutis certaminibus civitatem perditum irent. Placuit Herminia conditio: qui ostendens bellatorem Cretinam se meliorem esse, excessit cum conjugè, & liberis urbe. Eum Cretinas profectus est, ac de suo necessaria largitus, quæ fugæ consulentibus quam oblesse erant commodiora: civitatemque saluberrimo imperio suo, quæ poenè perierat, præter omnem expectationem tutatus est. *Plut. in Præcept. polit.*

L. Muræna M. Catonem obiecto corpore suo, à Metelli armis Tribuni plebis in eum irati protexit, quamvis anno ante à Catone ambitus, atque largitionis accusatus, magno in discrimine salutis veritatur, nisi eloquentiæ pater Cicero cum descendisset. Nam quamquam aliorum opera ulcisci se posse inimicum videbat, patriam tamen caritatem acceptarum injuria-

rum dolori prætulit, hostemque, quod multo gloriosius censetur, laborantem servavit. *Ful. l. 4. c. 1.*

CONSPIRATIONE CUM PATRIÆ DEFENSORIBUS.

Cum circumventus ad Salaminem Græcos animadvertisset nemo, Aristides ab Ægina proceps per mediam evedus hostilem classem contendit naupem ad tabernaculum Themistoclis, folique evocato: Nos jam, inquit, vana ista, Themistocle, sisapimus, & juvenilis deposita disensionem, salutare auspiciemus, & bonum certamen, Græciam contententes conservare: tu Imperator, & Dux, opera ego, & consilio: quando nunc unum te optima ratione, classe ut quam primum decertemus in angustis, intelligam consulere. Cum autem tibi reluctentur locii, hostes videntur optulari. Pelagus undique & à tergo stratum hostili est classe, ut strenuos esse, atque dimicare necessitas cogat vel invito, quod via fugæ nulla pateat. Ad quæ Themistocles, Puderet me, inquit, Aristides, si hac in re essem me potior: mitar autem cum præclaro principio susperare illud factis. *Plut. in Aristide.*

M. Brutus postquam armis Pompeii, & Cæsaris atque imperii commotione divulsus Resp. est. habebatur partes Julianas secuturus. Nam pater ejus ante fuerat per Cn. Pompejum bello Syllano Mutina interfecit. Verum quod Reip. potius vellet, quam sui rationem ducere, & Pompeii existimaret quam Cæsaris ad sumenda arma honestiorem causam esse, aggregavit se ad illum: licet antea occurrentem non saluasset Pompejum, pro patulo habens interfecit appellare parentis. At tunc ut patriæ duci submissis se ei, ac cum Sestio in Siciliam, qui eam provinciam fuerat fortitus, legatus profectus est. *Plut. in Bruto.*

Bello civili Pompejanum contra Cæsarem Cicero licet diversa scriperat, & deliberaverat, erubuit tamen non censerit in numero eorum, qui pro patria se in periculum demiserant. Venit in Macedoniam, & Tigius Sextus atate vir exacta, & altero cruce claudus, quem ceteris identibus, & illudentibus simul atque confpexit cum Pompejo, adfurrexit, & occurrit ei, pro magno testimonio habens, quod vel atate, & viribus impotentes cum malent discernim adire, quam securitatem amplecti. *Plut. in Pompejo.*

CONSTANTIA IN ADVERSIS.

Ter. Varronem Patres collaudarunt, quod post Cannensem cladem, de salute patriæ non desperasset sed rebus adhuc strenuè gerendis adesse, ducem se prabiturum acerrimum, uliusque legibus, & civibus, quibus patriam se defendere consideret. *Plut. in vita Fabii.*

LEGUM NEGLECTU.

Apud Thebanos Boeotarchæ primo mense, quem Bucation vocant, summo magistratu se abdicare ex lege solebant. Epaminondas autem, & Pelopidas post Leuctricam victoriam victoria utendum rati, in Laoniam iruperunt, & rebus maximis gestis domum reversi, in judicium capitis vocati sunt, quod quatuor menses magistratu adieciissent. Uterque tamen noxæ fuit exemptus. *Plut. in Pelopida.*

Thoma Moccenico Duce, Venetorum Ducarium incendio vehementer deformatum fuerat. Erat senatus consulto cautum, ne quis de veteri Ducario dicendo sumptuosiusque instaurando ad Patres referre audeat: multa que Ducatorum mille erat irrogata huic, qui contra decretum fecisset. Tum princeps publicum decus privato commodo proferens, id aurum in senatum attulisse dicitur: ac Patres ro-H gasse, vellent, suberentque, ipsam in formem Ducariae sedis faciem sumptuosius, & ut e majestate publica erant, instaurari. Triumviri advocatores qua contra senatus consultum id à principe factum constabat, ab eo multatam petiverunt. Ea Moccenicus nihil remissiore animo soluta, in suscepta actione tandiu persistit, quoad prius decreto abrogato Patres Ducarium instaurandum censuerit: atque ita veteri operi disiecto, sumptuosius aliud coeptum est adificari. Sed eo nondum profecto, princeps vita decessit. *Sab. lib. 9. Dec. 2.*

VOTOPIO.

Siculo Dinomeni, de filiis consulenti, sortem dedit Apollo, tres tyrannide potioris. Cum hic subiecisset Dinomenes. Utinam ne impune, Domine, Apollo. Et hoc, inquit, do tibi. Et quidem Gelon aqua intercutere laborans. Hieron calculo afflictiatus tyrannidem tenuit: tertius Thrafybulus, seditionibus, & bellis non diu implicatus, regno fuit ejectus. *Plutar. de Phibia oraculis.*

Fur. Camillus in exilium proficiscens, versis ad Capito- A lium oculis, id unum precatus est, ne unquam civibus suis Camilli desiderium calamitas subseqens reficerec. *Livius.*

L. Paulus Æmilius cum paulo ante triumphum suum duos eximia spei filios amississet: id unum sibi in votis esse dixit, ut suo privato incommotis publicæ felicitatis invidiam à fortuna redimeret. *Plut. in ejus vita.*

CORPORIS BONA CONTEMNERE, IMPENDERE.

Huc omnes ii, qui pro patria & sanitatem, & ipsam vitam focci penderunt. Sic Poeta L. Æmilium Paulum Cos. ad Cannas casum animæ magnæ prodigium vocat. Vide Tit. l. 9.

CORPORIS MALA SUBIRE, PERFERRE.

V. G. Pro salute patriæ.

HOSTIBUS JUGULANDO SESE OBIICERE, DEDERE.

Ex loco Fortitudinis Propulantis, & Tolerantis hac quadam.

Cum Spartani propter Darii legatos in puteum dejectos gra- B vii perilitia ex Thalybii herois ita premerent, edictum publicum proposuere: Si quis Lacedæmoniorum velis pro Sparta occumbere. Tunc Sperthius Aneritis, & Bulis Nicolai filius (Plut. in Laconicis, Burin, & Spertin legit) Spartiæ & matribus, & opibus inter primos, ultro se obtulerunt ad satisfaciendum sua pena Xerxi Darii filio. Eos autem Xerxes re cognita interficere noluit, ne contra sui gentium delinqueret, sed domum incolumes remisit, neque tamen interim se culpa Spartanos soluturos affirmavit. *Herodot. lib. 7.*

Leonides Spartanorum Rex, Dux cccc ad Thermopylas, quamvis seiret ex oraculo simul, & Magistralis prædictionibus, sibi illic ad interfectionem cum omnibus suis pereundum, aut certe Spartam evertendam: patriæ incoluntati, & finique gloriæ immortalis consulens, Græcos socios omnes dimisit, ipse cum suis remansit, solis Thebanis loco obditi, & Thespianibus apud se retentis. Pro patria mori non dubitavit, cui natus erat. *Herod. lib. 7. & Ael. l. 3. Var. lib.*

Thebanis cum focis quadripartito agmine in Laoniam ir- rumptentibus, regionem nomine Sciritam tenebat Ichholas cum multis militibus præditi causa. Is facinus planè heroi- cum designavit. Cum enim videret omnes, qui se prælio crederent, propter hostium multitudinem occubituros simul quidem delerere aciem in introitu constitutam, indignum esse Spartana civitate iudicabat: simul permagni interesse ad utilitatem patriæ, milites incolumes, salvoque conservari, ratus: mirabiliter utriusque rationem habuit, & Leonide regis fortitudinem, quam aliquando ad Thermopylas declaraverat, cum quadam amulatione representavit. Separatos enim juniores remisit Spartam, ut de summa rerum periclitanti patriæ adjucento essent. Ipse vero cum veteranis in acie perseverans, cum plurimos hostium letho dedisset, circumdatus ab Arcadibus, & comprehensus in medio, cum omnibus interfecit. *Diad. lib. 15.*

Cum undecimo die post pugnam ad Platæas feliciter gestam Græci obfederent Thebas Theffalicas, eo quod à partibus Per- farum cum Mardonio restitit, & in primis Attaginum, & Dimegenidem factionis Medice principes sibi dedi postulas- sent: Timæghides, ne patria sui causa everteretur, ultro se D obbulit, & Græcis traditus est: Attaginus clam ex urbe profugit. *Herod. lib. 9.*

Rifaces equis, ut Saccas concives suos liberaret, Darii exercitum, in desertas solitudines deducit, fame, & siti confecti. Vide locum Strategetatum, Fame & siti hostem conficere. *Pollænu. lib. 7.*

Urbe Roma à Gallis capta, Senes consulares, & triumphales cum sacerdotibus, qui in urbe remanserant, obstinato moriendi animo, eo quod olim habuit quique triumphasset, in suarum adium artium triumphali sella, sub hostium ingressum, confedisse dicuntur. Sunt, qui tradant, se pro patriæ, & Quiritibus devovisse, quibus M. Fabius Pontifex Maximus præfatus sit carnem. Galli per Collinam portam ingressi, recta in forum contenderet. Ibi oculos ad templa, & arcem circumferentes, quam solam armatis teneri videbant, relicto hic præsidio, nequis in se impetus fieret, cætera multitudine in prædam dilapsa est. Mirari primò, clausis plebeiorum domibus nobilium tantum atria pate- re. Major itaque cunctatio tenuit aperta quam clausa in- vadendi, ne qua fraude incauti expererent. Inde viros *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.*

in sellis sedentes intuit, ac præter ornatum corporis, habitum quoque humano angustiorum admirantes, novitate rei defixi, E sedentium majestatem contemplantur. Inde cum ad eos ve- lut Deorum simulacra obverti starent, M. Pappyrus (Valerianus C. Attilium legit) Galli sibi barbam deintulcentibus uberno- scipione caput percussit. Qua ille injuria irritatus, sedentem ferro oppressit. Tum ab uno cæde orta, cæteri in suis sunt fel- lis trucidati: Evagatum inde ferrum per ignobilium multitudinem. His sine discrimine ferro absumptis, ut precipitatis domus passim direpta, flammæque tectis injecta est: atque in hunc maximè modum Roma est à Gallis capta, anni. V. C. Sab. lib. 1. Enn. 4. & Val. lib. 3. c. 2.

Carthaginenses multis fracti cladibus, M. Attilium Regem suum redactum acerbè vexarant, solum vinculis, cæterisque rebus instructum, ad suos ablegarunt, se aquam pacem, & captivorum communicationem illius intercessionem imperaturos rati. Is vero unam cum legatis Carthaginensium Romam profectus, & senatum ingressus, defertis solitis consularibus honores repudiavit, se civem esse negans, ex quo sibi Fortuna Domi- nos Carthaginenses in potius fuisse, Patres conscriptos tamen non ut pacem plane repudiarent, neque ipem præberent hostibus jam ad desperationem redactis. Romani legationem Carthaginensium rebus infestis dimiserunt: ipsum verò per vii dies, à quibus ducebatur, eripere voluerunt. At ille negans sibi manendum in urbe, cuius civis patriis institutis non esset lege blei servire aliis coactus: ultro Carthaginenses sequebatur & lacrymis, & lamentationibus suorum invicto animo neglectis, Carthaginem reverfus præter cæteros cruciatu domuncula angustæ inclusus, quæ magnitudinè corporis ejus responderet intus crebris clavis ferreis transfixus perit: cum nec immorus stare posset, & quieturus statu corporis utcum- que inclinato, in ferreas culpidas inciderec. *Suidas, & Polign. lib. 8.*

Cn. Pompejus in Siciliam missus à Sylla, cum Himerenses, qui in hostium partibus steterant, deliberatum haberes punire: Sthenis multitudinis, Dux postulata dicendi potestate, inique facturum Pompejum ait, si missio facto auctore, plederet infantes. Querentes Pompejo, Quænam auctorem jactaret, semetipsum nominavit Sthenis, qui civis sui studiosius induxisset, alienos coegisset. Delectatus libera illius oratione, & fidentia Pompejus, hunc primum, deinde alios omnes crimine G liberavit. *Plut. in Pompejo.*

Capuani, & Beneventani ab Adelgiso Azarenorum, Longobardiam instantium, Soldano diu obsessis, per Legatum opem Basilii Constantinopolitani Imp. implorarunt, Soldanus Legatum ex itinere redeuntem capit: lectique literis edocuit, quæ Basilii promiserat, jusset legatum civibus suis, si vivere modo vellet, contraria nunciare: Basilium scilicet confederationem rescalfare. Ductus legatus ante moenia urbis, stans clara voce, legationem se absolvisse, & venturum auxilium pronunciauit, popularibus suis audientibus. Soldanus legato sexcentis confosso ictibus, quod ab illo deceptus esset, relicta obfisione discessit. *Cusp. A. D. in Basil. ex Zonara, & Cedreno.*

Post Creficiacensem victoriam Anglorum Rex Eduar. III. Itrium (hodie Calitium dicitur) xi. jam mensem obsidebat. Iratus ab longinqua obfisione, suisque apud eos contemp- tione, victor graves condiciones imponebat: nisi omnia ferro ignique misceri vellent, sex civitates primores ad supplicium producerentur: cæteri oppidani cum singulis abirent vestimenta. Cum in Senatu civitatis inter necessitatem, indignitatemque animi accipites distinctur, silentiumque, & torpor cæteros defixisset: qui eorum primus sedebat, surrexit: seque iræ hostium offerre, ac patriæ vitam condonare professus amulationem pietatis reliquis iniecit. Ita surrexit secundus, & deinceps cæteri: quoad justus numerus est effectus optatum pro communi salute se devovissent. Sua optatam nunemque servavit, placabilemque regem vel sua, regia- que natura, vel fortuna præbuit. *Æmil. lib. 9. Vide eandem historiam paulo fufius infra. Tit. Supplicis se offerendo.*

TUMULARI VIVUM.

Ea tempestate qua Carthaginenses, pleræque Africæ imper- perabant, Cyrenenses in multa celebritate, & opulentia erant. Ibi cum una arenosa terra facies inter utrosque fines jaceret, quæ nullum discrimen faceret, post longum certamen, legioni- busque, & classibus utring; fuis, fugatisque ambarum civitatu rebus ob id certamen afflicti, veriti duo populi, ne mox victos, victoresque festos novus aliquis aggrederetur hostis, ita inter se pacti

nisi à mari, & à ponte, quem Millanum vocant, & utrobique A prædium habebat. A Flandria transitus clausus erat, & reliqui aditus seipios per paludes suas tutabantur. Post Gallorum recessum, cum Eduardus perdere ferro, & igni minaretur obfessus ob longinquam obfessionem (flexus tandem procerum suorum precibus, has illis imponbat conditiones. Sex præcipui totius oppidi ad supplicium producerentur, si reliquam multitudinem saluam vellent, alioquin omnes ferro perituros. His in oppidum nunciatis, fletus, & epulatus ortus incredibilis, adeo ut nec ipse Præfectus Joannes lacrymas teneret. Convocato Senatu ut confuleretur, qui forent producendi, cæteris cunctantibus. Eustathius à Fano Petri oppidi totius facile princeps fugit, seque pro misera multitudinis devovit, ne tam multi pereant, dicens, se certo sic inventurum suam mercedem apud Deum. Huic se jungit Joannes ab Ariaco Surgit, & Jacobus à VViflanto vir locupletissimus, dicitque se velle adjuvni suis quobus cognatis pro civium salute. Idem facit Petrus à VViflanto Jacobi Germanus, alique nonnulli. Hi laqueos collo claves oppidi manu gestantes in amictu interiori, capita, pedesque nudos ad pœnas produci præparati à rege B jumentur. Intercedit vehementer nobilitas, ne victoriam crudelitate maculet, scdum fore exemplum, qui tanta charitate ad aliquando versurum: dignos esse vita, qui tanta charitate ad liberandos communes cives se offerunt, orare suppliciter pro illorum salute. At ille perinatæiter proces omnes rei cære. Tum Philippa Regina uterum gestans, ac partui propinqua, patria Hannoniensis, Belgarumque amans, honesta, ac pia matrona cum lachrymis ad Regis se proicit pedes: *Domine*, inquit, *postquam hac domo evocata ad te veni, nihil abs te mihi petiti: nunc autem propter amorem Jesu Christi dona michi hos sex homines*. Ad hæc Eduardus non tenens ultra lachrymas (unicè enim cum dilexit) Velle, inquit, non adestes: habe eos, & hinc faciem ex meo conspectu. Regina acceptos cives in ades suas introduxit, ablatis laqueis prandio re fecit, singulique fenes nobilis auro donavit, & liberos dimisit. *Jac. Meyer. Annal. Fland. l. 13.*

FIDES, SIVE PIETAS ERGA PATRIAM, MATERIALITER CONSIDERATA.

BONA PATRIÆ CONCILIANDO, PROPAGANDO, CONSERVANDO.

Sic conferunt Patriæ.

LEGES CONSERVANDO, OBSERVANDO, defendendo.

De Legum observantia infri à sub Contradiu. Hic Patriæ habetur ratio, illic Legis.

CONSULENDO.

MULIER quædam prudens Abelmæzacham patriam suam ab obfessione liberavit, civibus suis persuadens, ut Sebam Bochris F. feditious auctorem contra Davidem, obruenerent, ejusque captus Joab polemarcho Davidis de muris obicerent. *2. Reg. 20.*

Postquam petiit Græciam Medus, consultantibus de Imp. Atheniensibus, fama est, cæteros periculi magnitudine deterritis ultro petitionem imperii abjecisse: Epicidem vero, Euphemidæ filium, concionatorem, hominem disertum quidem, sed animo imbellentem, & venalem, competitorum imperii Themistocli fuisse, & omnium opinionem obtenturam suffragis: Themistoclem proinde veritum, ne omnia pessima irent, si esset prætor iste designatus, nummis ab eo redemisse, ut à petendo abstineret. *Plut. in Themistocle.*

Anno III. exilii Aristidis Justii, cum Xerxes per Thessaliam & Beotiam in Atticam terram irrumperet, rescissa lege sciiverunt Atheniensibus exulibus reditum, metu Aristidis potissimum, ne hostibus conjunctis, complures cives labefactaret, & ad deservendum compelleret ad barbarum. Cæterum non perplexerunt cum fatiis: nempe ille etiam ante hoc decretum non cessabat adhortari, & simulare ad libertatem tuendam Græcos, & post decretum Themistocli, cum summa potestate, ducti omni in eo consilio, & opera aderat, atque hominem inimicissimum ob fulgur publicam efficit quàm clarissimum. *Plut. in Aristide.*

Cum apud Argos flumen Philocles prætor Atheniensium classem constituit suam, nequè longe abesset Lyfander præ-

tor Lacedæmoniorum, qui in eo erat occupatus, ut bellum quàm diutissimè duceret, quod ipsis pecunia à rege suppeditabatur: contra Atheniensibus exhaustis, præter arma, & naves nihil erit super: Alcibiades licet exul ad Atheniensium venit exercitum, ibique præfente vulgo accepit, si vellent, se coacturum Lyfandrum dimicare, aut pacem petere. Etenim Lacedæmonios eò nolle configere classem, quod pedestribus copiis plus quàm navibus valeret: sibi autem esse facile, regem Thracum deducere, ut eos terra depelleret, quo facto necessarii aut classem conficturos, aut bellum composituos. Id est verè dictum Philocles animadvertente, tamen postulata facere noluit, quod sentiebat se, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum: & si quid secundi evenisset, nullam in ea re suam partem fore: contra, si quid adversi accidisset, se unum ejus delicti futurum reum. Ab hoc discedens Alcibiades: Quoniam, inquit, victoria patriæ repugnas, illud mox, juxta hostes castra habes nautica. Periculum est enim, ne immodestia militum nostrorum occasio detur Lyfandro nostri opprimendi exercitus. Neque ea res illud scilicet. Nam Lyfander cum per speculatores compertisset, vulgum Atheniensium in terram pradatum existisse, navesque penè inanes relictas: tempus rei gerenda non dimisit, eoque impetu totum bellum dedit. *Plut. in Alcibiade, in Diador.*

Alcibiades capitis damnatus ab Atheniensibus, cum ad Spartanos primum, inde ad Tissaphernem confugisset: revocatus inde ab Atheniensibus, ut classem accepta contra eum. qui Athenis Rempub. ad oligarchiam redigere nitentur, bellum gereret: cum Spartani Joniam, que tunc Atheniensibus parebat, armis vexarent: non statim illorum precibus acquiescit, sed prohibuit eos, ne bellum inchoatum relinquerent. Eaque ratione Atheniensibus citra controvertiam conservavit imperium. Si enim domum inde essent profecti, hostes statim facultatem habuissent totius occupandæ Joniæ, Helleponti, & insularum, intra cum Atheniensibus Atheniensibus bello civilid decertarent dum urbis memia. Quod ne fieret, unus potissimum impedit Alcibiades, non suadendo modo, & docendo multitudinem: sed etiam singulos partim obsecrando, partim corripendo. Adjuvit eum Thra-lybulus quoque Stenienis tum presentia sua, tum clamoribus: erat enim, ut ferunt, Atheniensium hic vetustissimus. *Plut. in Alcibiade.*

Interfecto per insidias Polycrate Samiorum tyranno ab Orecte præfecto Sardiorum, Maandrius scriba à Polycrate custos domi relictus, suavit illis, ut Democraticum Reipub. statum amplecterentur. Ad populum tumultuari, ac intercepte pecunia Maandrium accusare cepit. Itaque Maandrius, cum illi liberi esse nollet, tyrannidem retinuit. *Herod. l. 3.*

Fecit cum Ptolemao Aegypti rege Cleomenes Spartanus Rex, adversus Antigonom Atæ regem, atque Achæos invenerat, Matremque, ac filium manibus eo eo fidei, id est, ipsum sine eo pacem cum hoste non facturum, obfides dederat. Cum autem mater ejus rescivisset, Cleomeni pacem Achæos honestissimis conditionibus offerre: scripsit, ne propter vetulæ corpus eam pacem omitteret, quàm patriæ honestam, salutaremque duceret. Majore animo, quàm pro stœmie captu, vitam pro patria obtulit. *Fulg. l. 5. c. 6.*

Epaminondas Thebanus, primus patriæ lumen, nomenque inter Græcos attulit: (siquidem cum Lacedæmonius compressus, multas victorias eis tunc tulit) incertum, an vir melior, an dux. Imperium enim non sibi, ut plerique duces, fed patriæ H semper quasivit. Itaque cum mortiferum vulnus in Matinensi pugna accepisset, delatus in castris vivus adhuc, Desiphantum acceri jussit, ut ipsum ducem declararet. Quem cum occubuisse dicerent, rursus jussit Jolaidam vocari. Cum vero ipsum etiam interfectum dicerent, suavit suis ut pacem cum hostibus, & amicitiam facerent, eò quod nullum amplius ducem Thebæ haberent. Plurimum amavit suos Epaminondas, quorum curam in ipso quasi moris agone habuit, consilium dans, etiam post fata sua Reip. fulgurissimum futurum. *Ælian. lib. 12. de Pa. lib. 10. Trogu. l. 6.*

Atheniensibus bellum aperte Philippo, simulatq; ab insulis domum est regressus, indicentibus: Phocion ante omnia sua sit populo, cum pacem Philippus cuperet, formidare etque impenes periculum, ut sedus acciperent. Quidam ei ex illis, qui prætare se in foro cirea stibellia iudicium, & quadruplatum asseverat facere, oblatrans, dixit: Tu audes, Phocion, arma jam manibus tenentem revocare populum Atheniensium? Ego vero, inquit: idque certus bello me tibi, pace mihi te imperaturum. Ubi non flexit populum, sed Demofthenis valuerunt confi-

confilia, ut ab Attica quàm remotissimè Athèniens. signa conferrent: Ne dispiciamus fodes, inquit, ubi dimicemus, verum quemadmodum vincamus: ita demum longinquum erit bellum. Vichis omnia atrocita semper propinqua sunt. Superatis Atheniensibus, turbatoribusque, & novatoribus urbanis Charidemum in fuggeffum trahentibus, atque postulantibus, ut hic præficeretur exercitui: exterriti optimates, fenatumque Areopagi in concionem adducentes, egrè precibus, & lacrymis impetraverunt, ut Remp. permitterent Phocioni. *Plut. in Phocione.*

Cato, & Aristides rarò magistratum gessere: sed vacaverunt interim perpetuò per totam vitam patriis suis consulendo. *Plut. in Cato. sen. in radanda vesp.*

Vitio ad Sirin anncm Levino Cos. magna strage, misit Pyrrhus Epirotorum Rex Cincam legatum ad Romanos, qui exploraret, ad pacem animi ipsorum inclinarent. Multi erant ad pacem propensi: quòd ingenti superati pugna essent, & alteram cum majoribus copiis Italorum Pyrrho adjunctorum expectarent. Ibi Appius Claudius, qui sineclutis, & cæcitatibus causa fatiscens Reipub. ablinebat, accepta regis legatione, & rumore delato, decreverunt senatum pacem, non potuit sibi temperare quin fervens juberet, ut tollerent se, & le- B ticia per forum deportarent in curiam. Ut ad valvas pervenit, exceperunt cum filii pariter, & generi, cingentisque latera ejus introduxerunt: Senatus autem reverentia, & honore ejus contuit. Ille gravi oratione patres reprehendit, & ad bellum inflammavit. *Plut. in Pyrrho.*

M. Attilii Reguli fidem erga patriam, dum persuadet patri- bus, ne capivorum permutacionem fieri permitterent, celebrat. *Horat. l. 3. Ode. 1.*

Hieronymo Syracusanorum tyranno à conjuratis interfecto, bello Punico secundo, App. Claudius bellum oriens ex propinquo (jam enim cum Carthageniensibus sentire ceperant Syracusani) cum cerneret: Senatorem Rom. literis certiore fecit, Siciliam Carthageniensi populo, & Annibali conciliari. Exiit ejus anni Q. Fabius Max. Consul. Romam comitiorum causa veniens, in eum, quem primum diem comitalem habuit, comitia edixit. Eo die cum fors prerogativa ante Juniorum existisset, eaque T. Otacilius, & M. Aemilius Regillus Coss. diceret: ut Q. Fabius gravi oratione C non cui vellent, sed cui premente Italiam Annibale ex dignitate, & uti Reip. honorem hunc conferre possent, & deberent, diligenter eos considerare jussit Annibali Imperatori patrem Consulè nominare debere. Quilibet naurarum, vectorumque tranquillo mari gubernare potest: ubi sava orta tempestas est, ac turbato maris arripitur vento navis, tum viro, & gubernatore opus est. Non tranquillo navigamus: sed jam aliquot procellis submersi penè sumus. Itaque quis ad gubernacula sedeat, summa cura providendum, ac præcavendum nobis est. Lacus Thrafymenus, & Canne, triste ad recordacionem exemplar, ac ad præcavendum simile, utiles documentum sunt. Pervicit ergo hac oratione, ut Regillo quia flamen Quirinalis esset, cui Roma à sacris abesse non licet, item Otacilio (licet fororis Fabii filiam uxorem haberet) repudiatis, Q. Fab. Maximum I. V. & M. Marcellum III. Coss. crearent. *Livius l. 4. Dec. 3.*

Carthageniensis classe apud insulas Egates à C. Lucatio consule Rom. superati statuerunt belli finem facere, eamque rem arbitrio permiserunt Hamilcaris. Ille est flagrabat bellis cupiditate tamen paci servandum putavit, quod patriam D exhaustam sumptibus, diutius calamitatem belli ferre non posse intelligebat: fed ita ut statim mente agitare, si paululum modo res essent refectæ, bellum renovare, Romanoque armis persequi, donec aut certe vicissent, aut victi manum dedissent. Hoc consilio pacem conciliavit. *Probus in ejus vita.*

INDICANDO PERICULUM, PRODITIONEM. Conspiraverat contra Remp. L. Catilina. Erat in conjuratis Q. Curius, cui vetus erat (supra) confuetudo cum Fulvia femina illustri, fed profligata pudicitia. Cui cum ob inopiam minus gratum esset, ut eam obsequentiorè haberet, accepit homo vanus esse improvisi multa insolenter adtare, nunc mari, & montes pollicèdo, nunc ferocitiam munitando, nisi deinceps esset, ut si quando aliàs, sibi obsequentissima. Nec Fulvia id patriæ periculum in occulto habuit, sed ut unquam de conjuratione ex illo audiret, compluribus patefecit. Quæ res vehementer accendit optimatum studia ad consulatum M. Tulio Cicer. demandatum, cui candidato, ob familiaria novitatem, non pauci antea adversarii fuerant. Cum C. Antonio igitur est consul creatus, & per Fulviam, deinde etiam per L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Curium omnes conjuratorum conatus intellexit, intelledos oppressit. *Plut.*

FREQUENTANDO CIVIBUS.

M. Furius Camillus eximium id in magistratu fecit, quòd celibes partim blandò appellando, partim denunciando multa viduis, quæ ob bella erant multæ, matrimonio copulavit. *Plut. in Camillo.*

DITIONEM AUGENDO, CONSERVANDO.

Cum inter Carthagenem, & Cyrena de agri terminis pertinacissima contentio esset, ad ultimum placuit utrinque eodem tempore juvenes mitti: & locum, in quem illi convenissent, finem amobus haberi populis. Verum hoc pactum duo fratres Carthagenenses nomine Phileni perfidia præcurrere, ante constitutam horam maturato greffu longius promotis terminis. Quod cum intellexissent Cyrenensium juvenes, dii de fallacia eorum questis, postremo acerbitate conditionis injuria discutere conati sunt. Dixerunt namque, sic eum finem ratum fore, si Phileni vivos se ibi obrui passi essent. Sed consilio eventus non respondit. Illi enim, nulla interposita mora, corpora sua his terra operienda tradiderunt. Qui quoniam patriæ, quàm vitæ suæ longiores terminos esse maluerunt, bene jacet, manibus & ossibus suis Punico dilatato imperio. *Valer. Max. lib. 5. cap. 6.*

In urbe Genua, Duce Joanne Morta, cum institueret classem necesse esset, neque ad instruendam classem è publico pecunia ulla in promptu esset, edictum proposuit est: Si quis tunc privata pecunia onus instruendæ classis subire vellet, intra breve tempus ei pro impensa, qua facta foret, civitatem satisfacturam. Ea re moti novem, & viginti Cives bebei, quorum primarius Simon Vignofus fuit, singuli singulas triremes privata pecunia instruxerunt. Cum postea per Cycladas navigarent, in publicam expeditionem, propter quam instructæ fuerant, non amplius necessaria, quia ea tempestate Chius insula à Græcis tenebatur, petere eam, atque sub patriæ Imperium redigere decreverunt: Eo quoque tempore in Orientem Vienensis Delphinus tendebat. Qui cum Genuesem classem Chium petere velle intelligeret: Simoni dena aureorum millia annua, & aliis triremium Domini triginta millia, semel tantum obtulit, ad refarciendam impensam, quàm in classem fecerant, si ei ut insulam illam peteret, permittissent. Quaquam omnibus ipsis integrum esset (neque enim amplius civitatis nomine classis tenebatur) conditionem, qua offerbatur accipere, tamen propter patriæ utilitatem; Delphini postulata abnuerunt: & in Chium profecti ipsi insula urbis Genue auspicio ponti fuit, Salutis anno trecentesimo quadragesimo sexto supra mille, atque insulae proventus sibi, ad impensam, quam fecerant, refarciendam retinuerunt. *Fulg. l. 5. c. 7.*

Mortuo Vitoldo Lituaniæ Duce Jagiello Rex Polonia, Svidrigelonem fratrem Germanum, patruclum Vitoldi, hominem nihil, & ebriosum, summa rerum apud Lituanos præfedit. Poloni primores, patriæ utilitati consulentes, Dagerum Palatinum Vilnensem, qui Podoliam Vitoldi nomine administrabat rerum omnium adhuc ignarum, evocatum ad colloquium ceperunt, acremque Cameneiam, Smotriciam, Kalam, & Cervonigrodum occuparunt, & magnam partem Podoliz faciliè in potestatem suam redegerunt, ne in ditione Litanorum deinceps esset. Ubifacium hoc rescivit Svidrigelo, beneficiorum regis fratris oblitus, in eum H (tunc temporis exequias funebres Vitoldi cebrantem Vilnæ) fremere, maledictisque laceffere, palamque vincula, & necem regi, Polonisque, qui cum eo aderant, minitare cepit: ita ut Poloni die, nocteque circa regiam excubare cogenterent. Rex five quod sibi metuebat, five quod Svidrigelonis incrementis impensius favebat, Podoliam ei restitueret assensus est, eaque de re Tarlonem in Podoliam cum literis, & mandatis milit, qui eam Michaeli Baba Russo, Svidrigelonis nomine recipendam, & obtinendam traderet. Andreas verò Tencinius, & Nicolaus Drevecius, juvenes ex nobilitate Polonica, qui annulum signatorum habebant, amore patriæ ducti, literas ad Michaelè Buczacium, qui Cameneciam Podoliz obtinebat, scripserunt, Regem extrema necessitate adaatum Podolia Svidrigelonis cedere constituisse: fed tunc non modo non pareret mandatis regis, verum Tarlonem, & Babam pariter comprehenderet. Eas literas cetera obvoluerunt, & contexerunt, ut speciem similitudinemque cerci præ ferrent, Tarlonique legato dederunt, ut is eum primum Cameneciam venisset, ceterum illi Buczacio redderet, atque hæc verba adderet: Ut si errare ille nollet, ex eo cerco una

unà cum magistratu urbano lumen quaerere. Quae omnia A Tarlo Juvenis omnium rerum ignarus bona fide perfecit. Buczazius praefectus cereum acceptum refringit, literasque invenit, Tarlonem Legatum, & Babam comprehendit, arceſque Podolizae majore custodia munivit. Poloni quoque consilium Regis sui animadverentes, exercitum sine mora conscripserunt. Svidrigelo autem Polonos arma parare ad vindicandum Regem audiens, consensum cum sibi reconciliandum, auroque, & argento liberaliter donatum, liberum dimisit. *Guagnin. in de script. Lit.*

GLORIAM, DIGNITATEM TUENDO, AMPLIANDO.

GRÆCI, ut cives suos omnia ad patriæ gloriam, & salutem referre docerent, etiam in sacris, & ludicris certaminibus non victores ipsos, sed parentes, & patrias illorum proclamantes, patrias ipsorum ab ipsis coronari pronuntiabant. *I. Linius l. 16. cap. 4.*

Antipater in libro de Cleanthis, & Chryſippi discrepantia, noluisse scripsit Zenonem, & Cleanthem, ne ladere patrias suas viderentur, cives Athenienses fieri, cum tamen Athenis viverent: non aliter atque si uxore relicta, cum alia viyas, unà dormias, atque liberos tollere ex alia, nec instrumenta tamen B dotalia conscribas, nec facere priori injuriam videre. *Plut. de Stoicorum pugnis.*

Braſidæ mater Archileonis, cum Amphipolitani quidam Thracæ Lacedamone illum inviserent: An Braſidas, requisivisse, honeste, & dignè Sparta cecidisset? Quibus illum extolentibus, adicientibusque parem Spartæ non esse alium: Absit, hospites, inquit, fuit enim honestus, & egregius vir Braſidas, sed habet multos Sparta illo excellentiores. *Plut. in Lycurgo, & in Apoph.*

Mileſius Antipater in pugilatu Olympiæ Clinopatri filios percudit. Hujus Antipatri patrem, Dionysii Syracusani legati, ad Olympium Jovem cum muneribus missi pecunia delinunt adduxerunt, ut filium Syracusanum renunciari vellet. At Antipater ipse contemptis tyranni donis Mileſium se esse, & ex Jonibus primum suam in Olympiâ statum dedicasse gloria testatus est. *Pausan. l. 6.*

Sertorius Senatores Romanos Patria extorres, qui in praefidiis suis senatum appellabat, quætores, legatosque ex illis C creabat, legibusque omnia illa adornabat Patriis. Deinde, quamvis armis, pecunia, oppidis uteretur Hispanorum, non verbis quidem summam potestatem apud illos summittebat: verum dabat eis duces, & praefectos Romanos, tanquam Romanis libertatem recuperans, non illos augens adversus Romanos. Etenim erat amans patriæ, magnoque tenebatur in patriam redeundi desiderio. Jam cum Mithridates quasi ad alteram affurgens lucam iterum adoriretur Asiam: nomen autem jam in clytium ubique celebraret Sertorii, rumoribusque de eo velut peregrinis meribus illi, qui ex Occidente advehebantur, Pontum impleſſent: paravit legatos ad eum mittere, excitatus potissimum adulato- rum iactationibus, qui Sertorium Annibali, Pyrrho Mithridatem æquiparantes, negabant populum Romanum ingenis, & viribus resistere simul tantis ancipiti circumventos insultu posse, ubi cum acerrimo Imperatore Rex conjunctus maximus esset. Mittit igitur in Hispaniam Mithridates legatos ad Sertorium cum literis, & mandatis: Per quos pecuniam, & naves illi ad bellum præbiturum offert se, ab illo postulat vicissim confirmari sibi omnem D Asiam, que populo Romano fœdere cum Sylla icto cesserat. Coacto Concilio, quod Senatum vocabat, Sertorius cæteris accipiendas has conditiones, approbandasque consentiens (cum enim nomen ab ipsis, & decretum inane illis de rebus, que non erant in arbitrio suo, postulerentur: pro his demonstrabant se, quibus maxime opus haberent, accipere) improbat: verum Bithyniam, & Cappadociam si occuparet Mithridates, regi parere assuetas, nec quicumque populo Romano attingentes, eas se illi ait non invidere. Asiam verò, que provincia iustissimo possidentem tulo spoliaverat populum Romanum, eam à Fimbria illi bello extortam, & fœdere cum Sylla sancito dimissam, negavit permittendum se, in ditionem, ut iterum recideret ejus. Amplificandam enim suis victoriis rempublicam, non cum ejus provinciarum diminutione sibi vincendum. Nam viro forti optandum cum honore victoriam, cum turpitudine verò ne salutem quidem. His renunciatis coarctavit Mithridates, ac ferunt eum ad amicos dixisse: Quid tandem in senatu sedens imperabit Sertorius, qui nunc ad Oceanum summotus Atlanticum, fines regno nostro præſcribit, & ten-

tantibus Asiam denunciat bellum, Veruntamen fœdus fit, & jurejurando sancitur, Cappadociam, & Bithyniam cessuram E Mithridati, Sertorium autem ducenti, & militibus missurum. Sertorio invicem Mithridatem tria millia talentum, cum quadraginta navibus præbiturum. Dux quoque in Asiam mittitur ad eum ex senatoris exulibus M. Marius: qui cum cepit Mithridates aliquot oppida in Asia. Invenit in urbes cum virgins, & securibus, iple illam tanquam potestatem, & ministri specie, ultro sequebatur. Ille alii libertatem dabat. Aliis cum immunitatem concederet, beneficio se facere id Sertorii dicebat. *Plut. in Sertorio.*

Justinianus Imp. Justinus Imp. fororis filius, ex Bedirina Illyrica civitate genitus, patria nomen vetustum de suo nomine Justinianam dixit, & ob exœura nobilem, ac felicem fecit, mirificæque eam exornavit, quod ibi primum in lucem editus fuisse. *Cap. A. D.*

LIBERTATEM OFFERENDO, DANDO.

Maandrius, Meandrii F. scriba Polycratis Samiorum tyranni, à Polycrate, ad Oroetem præfectum Sardiæ proficiscente spe auri potiundum, custos domi relictus, per infidiam infecto Polycrate ab Oroete, regnum justissimo administravit. Atque ubi de Polycratis interitu allatus esse nuncius, F ante omnia Jovi Liberatori statuit aram, eique fœdum in circuitu designavit. Deinde advocata omnium civium concione, suasit illis, ut Democraticum Reip. statum amplecterentur, liberati jam à tyranno. At populus tumultuatus, & interceptæ pecuniæ accusare Maandrium cepit. Itaque reputans fore, ut si imperium ipse deponeret, alius quispian in ejus locum tyrannus constitueretur, non dependendum sibi dominatum statuit: id fecit in arce regressus, accitum unumquemque eorum, tanquam rationem pecuniarum redditurus, comprehendit, alligavitque. Post hæc, dum hi in vinculis sunt, Maandrii morbo corripitur: quem decessurum credens frater suus, nomine Lycærentus, quo facilis Sani rerum potiretur, omnes vindictos interemit. Neque enim viderantur velle liberi esse. Sic igitur coactus Maandrius tyrannidem retinuit. Paulo post à Perſis, qui Sylofotem fratrem Polycratis reducebant, regio fuit pulsus. *Herod. l. 3.*

Genueses, populi rerum quondam gestarum gloria, & maris imperio clari, cum Venetis dominatum, & urbem ipsam penè ademissent: tandem ab illis fracti seipſos primum Carolo VI. Gallorum regi, deinde Mediolani Vicecomitibus G spontè dederunt. Quibus temporibus cum Fregosii, & Adurnii Republicam in partes distrahent, plebs arreptis armis patricios omnes ejecit: Tribunos plebis octo creavit: praefidia Gallorum expulſit: arcem vi recepit: ducem fullo-nem creavit, quem postea Ludovicus XII. egit in cruce, & urbe expugnata civis gravissimè multavit. Sed cum Infubria Carolo V. Imp. cecisset, Andreas Dorias, à Gallis ad Carolum se recipiens, Republicam omni bellorum, ac tyrannidibus metu liberatam, quasi Aratus, aut Lycurgus alter optimis legibus, ac institutis informavit. Optimatum imperium, quod antè populare fuerat, vel potius plebeum, ex generis antiquitate opibus, ac splendore instituit, & in tribus, octo, ac x. dividit, sublati partium nominibus, quæ Republicam perturbant. *Jovius l. 26. Hist.*

Beserſtein arx municipalis Rauracorum ad Arolam sita, ab Equite aurato edificata est. Is cum filios duos etiamnum impuberes serio inter se colloquentes audivisset, post patris obitum se hac sede munificissima ad opprimendas vicinas regiones usus: supellectilem omnem ex arce deportari curavit, & H filios ob tam nefaria consilia verbis primum severè correptos, faces arci inicere, & funditus exurere cogit, non anſam tyrannidum ullam haberent. Dignus certè, cujus nomen ob hoc factum memoria fore mandatum. *Stumpſius.*

MAGISTRATUM ELIGENDO.

Nerva Imp. cum intellexisset sibi infidias ob imperium strui, in Capitolium descendit, ibique M. Ulpium Nervam Trajanum principem fecit, eundemque postea in senatu Casarem designavit. Licet enim propinqui non deessent, non tamen conjunctionem sanguinis publica utilitati anteposuit. Neque rursum cum dederunt, quod Trajanus homo Hispanus, nec Italus esset, quodque ante eum nemo alterius nationis Imperium Romanum obtinuisse. Censabat enim virtutem cuiusque, non patriam existimari, & ponderari oportere. *Xiphilin. & Fulgof. l. 8. c. 16.*

AUXILIA COMPARANDO.

Cum Cois bellum illatum essent Athenienses, Hippocrates Couus medicus sua auctoritate, & beneficiis Theſſalos ad auxilium patriæ ferendum permovit. *Soranus in ejus vita.*

MALA PATRIÆ INFERENDO MINORA, ut evitentur majora. Sic bene merentur de Patria, dum.

PRODUNT CONSILIA.

Tyndaridæ, rapta à Theſeo Helena fore, Atticos fines pacatè ingreſſi, ab Atheniensibus primo petierunt, ut foror à Theſeo rapta sibi restitueretur. His responsum est, neque puellam Athenis esse, neque Athenienium quempiam seire, quò terrarum fuerit abducta: Theſeus autem aberat, ab Aidoneo Moloforum rege captus. Tum illi ad iram, & ultionem versi, cum ingentem urbi terrorem inſeſſent, Academus, qui unus omnium eam Aphidnis apud Æthram Theſei latere non ignorabat, ne civitas majus aliquid adiret discrimen, rem ad Caſtorem, & Pollucem deſert. Quapropter vivo illi honores ab Tyndaridis sunt habiti, & longo deinceps tempore quoties Lacedæmonii Atticos fines hostiliter invaſere, ab Academia ob unius memoriam omne jus belli abstinerunt. Erat is locus haud procul Athenis, quem Dicaæarchus ab Academo, qui sub Tyndaridis militavit, nominatum existimavit. *Sab. l. 6. Enn. 1. ex Plut. & Diad. l. 4. c. 5.*

PRODUNT URAEN.

Byzantium prodiderunt Alcibiadi Anaxylus, & Lycurgus. Qui cum post Lacedæmonios urbe recuperata causam dicerent, fertur Anaxylus constanter asseruisse, nihil à se turpe factum, quod patriam fame ad interitum affectam servare voluisset. Nam cum Byzantium, omni re frumentaria à praefidiis militibus consumpta, obſideretur, cerne- retque cives suos inedia consumptum iri, operam dedidit, ut omnium fortuna incolumi, praesenti periculo vili defun- genterur cives, Lacedæmoniorum exemplum secutus, quibus semper maxime cura fuit, quacunque ratione liceret, civitatem servare. Quo tempore vixit Adgans omnis invidia, que ex ea prodicione adhuc reliqua erat, est ab Anaxilao disculsa. *Sabell. lib. 9. Enn. c. 3.*

MALA AVERTENDO. CUJUS

generis sunt.

FAMEM AMOLIRI.

In Pyrao insula cum urfus Dianæ facer ibi, reperitus ab Atheniensibus interfectus esset, famem ingruit: itum est ad oraculum quæſitum remedium. Respondit Deus, ita demum finem mali futurum, si quis fillam immolasset numini. Unus autem reperitus est Embarus, qui polliceretur, se fillam immo- laturum, ea lege ut sacerdotium in posteros suos traduceretur. Itaque puellam solenni ritu ornatam sacrificavit. *Plut. in Colledan. & Erasmi in proverbio, Embarus sum.*

IGNOMINIAM AVERTERE.

Plutarchus com. scripsit de Herodoti improbitate, in quo non tam alios illius errores detegit, quam ea quæ Boeotis, Thebanis, & Corinthiis ex malevolentia impiegit, diluit.

Hostafius Ravennas miles, in arcem, urbemque Ticinen- sem, ab Odetto Frisferio Lotrechii regulo, & Gallici exercitus in Italia Imp. an. 1527. expugnatum, primus irruit. Is à Lotrechio in premium navata opera, æneam equeſtrem statuum, quæ Antonini Cæsaris esse dicitur, impetravit: cum ea anti- quitus Ravennatum fuisse, sed post Gothica tempora à Longobardis Ravennam diripientibus trophæi modo in signum victoriae abducta Ticinum fuerit, & in foro constituta. Eri etiam Ticinenses, & precibus, & minis se opponeret, vel indi- gnabundus miles pro ænea statua pecuniam à quaestoribus accepit, quantum satis est pro murali corona ex auro puro fabricanda, quæ in fidem virtutis suæ, cum elogio, Ravennæ in templo poneretur. *Jovius. l. 25. Hist.*

* Erat, & in hoc genere Francisci Danduli exemplum ad posteros memorabile, quippe qui, ut patriam ab ignominiosa Pontificis censura vindicaret, diu humiliter prostratus jacuit ad Clementis Rom. Pontificis mensam cænis vinculus: sed patria cum eo mutua pietate certavit, summeque civem tanto sublimius extulit, quanto ille abjectus se, & contemptibilis gessit. *Sab. l. 8. exemplor. c. 1.*

EXCIDIUM PROHIBERE.

Defecerant Byzantii ab Atheniensibus: praefidumque Lacedæmoniorum, quorum dominatum subditi esse mallent, intra meenia susceperant. Urbem ingenti manu obſedit paulo post Alcibiades: quam cum omni arte, & machina, plurimum com- meatu, & inopia premeret, Anaxilus Alcibiadi prodidit, his conditionibus, ut enim Byzantium sua defectio fraudi esset: Verum

HOSTIUM CONSILIA DETEGENDO.

A Acridides Lyſimachi F. Atheniensis, quamvis iustitia no- mine urbe ejus esset: tamen praelio ad Salaminem in- stante, ex Ægina ad classem Græcorum profectus, patriam in tanto periculo deserere noluit, sed indicavit Græcis, eos à Perſis circumdantos esse. Cum etiam vigeret pugna, permulſus eorum, qui ad litus Salaminis locati erant, sumptis, genere Atheniensibus, & in Pſitalæam insulam traductis, omnes Perſas, qui in ea insula erant, interemit. *Herod. l. 8.*

Alexander Amyntæ F. Rex Macedonum, quamvis à parti- bus Mardonii stræt ad Platæa, patriæ tamen amore motus, prae ejus dicti, quod pugna commissa, & Græci victores evadissent, nocte in tempeſta clam ad castra Græco- rum accessit, illic indicavit, Mardonium cupidum cum Græcis conflegendi, litare non posse, & auspiciis terri: constituitque tamen omnino, ubi primum illuxisset, vel relu- ctantibus satis, manus conferere. Itaque parati essent ad om- nem eventum. Ita factum, ut Græci instructi Perſas expecta- tibus, atque vicint. *Herod. lib. 9.*

Demaratus Aristonis F. Rex Spartanorum, pulsus à suis, ad Xerxes Perſarum regem fugit Sulis. Posteaquam autem Xer- xes statuit, adversus Græciam fumere expeditionem: Demaratus quamvis exul censuit Græcis esse indicandum: sed cum abique periculo nequiret, hanc rem commentus est. Sumptis duarum tabellarum pugillaribus, ceram erasit. Deinde eorum ligno consilium regis exaravit. Tabellas rursus cera induxit. Pugillares Lacedæmonem allatos non poterat Lacedæmonii interpretari, donec Cleomenis filia, eademque Leonidæ uxor Gorgo, illos admonuit, fore ut literas in ligno reperirent. *Herod. lib. 7.*

INSTAURANDO PATRIAM.

Zorobabel Salathielis F. de tribu Juda, à Cyro rege obti- nuit, ut Judæos Babylone exules in patriam reducere posset. At cum Cyri edictum Cambyses revocasset, iterum sub Dario licentiam impetravit, & templum ædificavit. *1. Esd. 1. & 2. Joſe- phus lib. 11. c. 2. & 3.*

Edras Propheeta divinarum rerum scientia, & sanctitatis opinione Xerxi Perſarum regem infatuatus, primum illum no- vissimumque à rege petiit, ac tenuit, ut ad urbem & tem- plum instaurandum cum suis popularibus ex Assyria li- ceret in Judæam reverti. Majore fortassis pietate colendus, quam qui urbem ipsam condidit. Ille suorum commodum se- cutus videri potest, hic solius patriæ: ille ut esset, effectus, hic ut extincta revivificeret. *Sabell. lib. 8. cap. 1. ex 1. Esd. 7. & Joſe- phus lib. 11. cap. 5. Antiqu.*

Nehemias Hachalze F. Xerxis pincerna, à rege quoque post Edram obtinuit, ut Judæis, quotquot vellent, in patriam redeundi ducem se præbere posset. *2. Esd. 2.*

Aristomenes Meſſenſis, cum decem annis Eram contra Lacedæmonios fortiter defendisset, tandem tam fatalem penam inſtare videre: & Meſſenſis sacra quadam opera habere seiret, quæ si aboleretur, funditus in posterum om- ne tempus Meſſenam occurrat: sin conservata illa fuisset, redivivum olim imperium ex ipsis ruinis erupturum: noctu clam egressus, in maxime devia Ithomes parte facta ea defodit. Erant autem illa, volumen ex albo plumbo in tenuissimas laminas sparto. Liberi forma, in hydris depo- sita: in quo Magnorum Deorum initia perſcripta erant. D Dedicavit autem ea Jovi, & diis cæteris, quorum ope ad eum diem Meſſeniarum res iteraret: ratus cura fore, ut in- cunctum depositum observaretur, neque omnino in Lacedæ- moniorum potestatem veniret, quod jam solum ad posteri temporis spes Meſſenſium nominis reliquæ haberent. Itaque 287. annis post Eram oppugnationem Meſſeniam partem ex Ly- bia, partem ex Italia, & Sicilia in Peloponnesum postlimio redierunt, post Leuſtricum Lacedæmoniorum clam- dem, vocati ab Epaminonda Thebanorum duce. *Pausan. in Meſſenſis.*

Aristoteles supremæ vite reliquias senilibus, ac rugosis mem- bris in summo literarum otio vix cultodiens, adeo valenter pro salute patriæ incubuit, ut eam à Philippo armis solo aequatam, in lectulo Atheniensis jacens, & quidem Macedo- num manibus, à quibus dissecta erat, ciperet. Ita urbs non tam strata, atque eversa Alexandri, quam relictua Aristoteles notum est opus. *Val. Max. l. 5. cap. 6. & Elianus lib. 12. Var. hist. At verosimilius est, quod Plutarchus in Alexand. docet, cum primum Philippus Aristotelem Alexandro præceptorem dedit, in gratiam ejus Stagiras postest.*